

333. Si Festum Sanctissimæ Annuntiationis MARIE occurrit in Feriâ Sextâ in Parasceve vel in Sabbato Sancto, transferatur una cum præcepto audiendi Missam et vacandi à serviliis ad Feriam secundam post Dominicam in albis, etiâ quolibet alio festo impeditam, et in Sabbato Sancto Missæ privatæ celebrari non possunt, sed unica tantum Missa conventualis unâ cum Officio ejusdem Sabbati celebretur Tu.

## SABBATO.

Ex Decretis Congregationis S. Rituum.

16. Jun. 1663. *Panorm.*—2 Sept. 1741. in *Aquens.*

334. Quando Festum Annuntiationis transferatur simul cum præcepto audiendi sacrum ad Feriam secundam post Dominicam in albis preferitur cuiusque Duplici etiâ primæ classis eo die occurrenti: si verò transferatur absque præcepto audiendi sacrum, præferatur cuiusque festo translati licet primæ classis, non autem festis eo die occurrentibus: et quando transferatur, ad verba Synaboli «Et incarnatus est,» genuflectendum est à Sacerdote et Ministris. Tu.

## DOM. V. VITÆ. ACT.

*Semiduplex.*

## IN I. NOCT.

De Jeremiâ Prophetâ.

LECTIO 7. c. 31. v. 1.

In illo tempore dixit Dominus: ero Deus universis cognationibus Israel et ipsi erunt mihi in populum. Hæc dicit Dominus invenit gratiam in deserto populus, qui remanserat à gladio: vadet ad requiem suam Israel. Longè Dominus apparuit mihi. Et in charitate perpetuâ dilexi te: idèò atraxi te

miserans. Tu. ꝯ. Loquatur. p. 246.

## LECTIO 2.

Rursùmque ædificabo te, et ædificaberis, Virgo Israel: adhuc ornaberis tympanis tuis, et egredieris in choro ludentium. Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ: plantabunt plantantes, et donec tempus veniat, non vindemiabunt: quia erit dies in quâ clamabunt custodes in monte Ephraim: surgite, et ascendamus in Sion ad Dominum Deum nostrum. Tu. ꝯ. Benedictum.

LECTIO 3. v. 21.

Statue tibi speculam: pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in viam rectam, in quâ ambulasti: revertere, virgo Israel, revertere, ad civitates tuas. Usquequò delicias disolveris, filia vaga? Quia creavit Dominus novum super terram: femina circumdabit virum Tu. ꝯ. Favus distillans.

## IN II. NOCT.

Sermo Sancti Bernardi Abbatis.

*Homil. 2. Super missus.*

## LECTIO 4.

Quæ est hæc femina? Quis verò iste vir? aut si vir, quomodò à femina circumdatus? Aut si à femina circumdari potest, quomodò vir? Et ut apertius dicam, quomodò potest simul et vir esse, et in utero matris? Hoc est enim virum à femina circumdari. Sed verto me ad conceptum partumque virginalem, si fortè inter plurima nova et mira, quæ ibi profectò inspicit, qui diligentè inquirat, etiâ hanc quam de Prophetâ profulsi, reperiam novitatem. Tu. ꝯ. Ego quasi.

## LECTIO 5.

Porrò ibi agnoscitur lux non lucens, verbum infans, aqua sitiens, panis esuriens. Videas, si atten-

das potentiam regi, sapientiam instrui, virtutem sustentari: Deum deniquè lactentem, sed angelos reficientem: vagientem sed miseris consolantem. Nunquid non facile tibi est inter hæc feminam agnoscere virum circumdantem, cum MARIAM videas virum approbatum à Deo JESUM suo utero circumplectentem? Tu. ꝯ. Benedict.

## LECTIO 6.

Sed vide, si non etiâ hanc Jeremiæ novitatem Isaias lucidissimè aperit, qui novos superius aaronicos flores exposuit. Ecce, inquit, Virgo concipiet, et pariet Filium. En habes feminam, scilicet, Virginem. Vis et de virò audire quid sit? Et vocabitur, ait, nomen ejus Emmanuel, id est, Nobiscum Deus. Femina itaque circumdans virum, virgo est concipiens Deum. Tu. ꝯ. Benedictum.

## IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 10. v. 38.

In illo tempore: Intravit JESUS in quoddam castellum, et mulier quædam, Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et reliqua.

Homilia S. Anselmi Episcopi.

*Homil. 6. in Lucam.*

Duo istæ sorores, sicut Sancti Patres plenissimè nobis exposuerunt, duas in sanctâ Ecclesiâ vitas designant; Martha, scilicet, activam, Maria contemplativam. Ista laborat ad exhibenda indigentibus omnia humilitatis officia: illa vacat et videt, quoniam Deus est. Tu. ꝯ. Venite.

## LECTIO 8.

Ista circa exteriora occupatur, illa interiora contemplantur. Sicut enim Mater Dei est singularis, ita et is-

tae vorarem effectus, quarum istæ sorores typum tenent in exætit singularis. Tu. ꝯ. Quis infirmatur.

## LECTIO 9.

Nunquàm in aliâ personâ, immò in omnibus sic Martha operata est, nunquàm aliàs sic Maria contemplationi vacavit. Nunquàm illa, vel hæc aliis, quod suum est, sic exhibuit. Cum Maritâ, vel Mariam dico, earum significata intelligo. Tu. Te Matrem.

Ad Benedict. ant. Martha \* satebat circa frequens ministerium: Maria autem sedebat secus pedes Domini.

Oremus.

Oratio.

Exaudi, quæsumus, Domine, preces humilitatis nostræ, quas, beata MARIA semper Virgine intercedente, tibi offerimus, ut à nostris vinculis absoluti, ad vitam perveniamus æternam. Per Dominum.

## CANON.

Ex Decreto S. Rituum Congregationis.

14. Majus. 1803. *Carm. Excols.*

335. Quando Festum Annuntiationis transferatur in feriam secundam post Dominicam in albis, tanquàm in diem propriam, celebrari debet sine octavâ, in illis Ecclesiis, ubi Annuntiationis est titularis, si transferatur tantum quoad chorum, et cum octavâ, si transferatur simul quoad chorum et forum. Tu.

Ad Magnific. ant. Hoc sub sole novum, \* quod fecit Dominus super terram: femina circumdedit virum: virgo concepti Deum. Allel.

## CANONES

*Infra Dominic. 5. vitæ activæ.*  
§. 4. De Festo Expectationis.



## FERIA II.

Ex Decreto S. Rituum Congregationis.

26 Nov. 1733. *Hispanen.*

336. In Festo Expectationis Partus Beatae MARIE Virginis Hymni sunt celebrandi cum versibus: «Virtus, honor, laus, gloria,» et breve Responsorium ad Primam debet esse. «Qui venturus es in mundum.» Tu.

§. 5. De Festo Purificationis.

## FERIA III.

Ex Benedicto Papæ Octavo.

Const. 1. Quoniam omnis. ad ann. 1012. *Bull. Rom. Tom. 1. p. 318.*

337. Concedimus Abbati Ripuillensi et suis in perpetuum successoribus, ut si Purificationis Festivitas evenierit, postquam dimissa fuerit «alleluia,» illa canatur cum «Gloria in excelsis Deo» in solo Monasterio. Tu.

## FERIA IV.

Ex Decreto S. Rituum Congregationis.

11. Jun. 1681. *In una Urbis et orbis.*

338. Occurrente Festo Purificationis Beatissime Virginis MARIE in Dominicis privilegiatis, illa ut illius Officium ex hoc contingat transferri, non est ob id protrahenda etiam recitatio antiphonæ «Alma Redemptoris Mater,» sed die secundæ Februarii, illa dimissa sumenda est antiphona «Ave Regina celorum.» Tu.

## FERIA V.

Ex Decretis S. Rituum Congregationis.

9. Aug. 1681.—23. Aug. 13 Sept. 1704.—15 Sept. 1736.

339. Festum Purificationis Beatae MARIE Virginis, quando occurrit in Dominicis privilegiatis, in

Ecclesiis eidem sub alio titulo dicatis, scilicet Annuntiationis, seu Assumptionis.... Missa solennis post benedictionem candelarum et processionem debet canari de Dominicâ «nec facienda est commemoratio Purificationis,» et in sequentem diem transferendum est, quoad officium et Missam, nisi sit titulus Ecclesie. Tu.

## FERIA VI.

Ex Decretis S. Rituum Congregationis.

7. Mart. *Varsovien.*—20 Jul. 1738. *Urb. et Orb.*

340. Quando Festum Purificationis occurrit in Dominicâ privilegiatâ, officium transferendum est in Feriam secundam immediatè sequentem, translato ab eâ quocumque alio festo æquali, non tamen alioris ritus, in eam incidente, non continuatio Mysterii Dominicæ Incarnationis diu protrahatur. Tu.

## SABBATO.

Ex Clemente Papæ Decimo. *Const. Ad pastorale. an. 1671.—Bull. R. Tom. 8. p. 134.*

341. Clericis Regularibus Congregationis Theatorum, ut ipsi Officium de Purificatione quotannis cum octavâ recitari valeant auctoritate apostolica concedimus. Tu.

## DOM. VI. VITÆ ACTIV.

## Semiduplex.

## IN I. NOCT.

De Ezechiele Prophetâ.

LECTIO I. c. 44. 1.

Et convertit me ad viam portæ sanctuarii exterioris, quæ respiciebat ad orientem, et erat clausa: Et dixit Dominus ad me: porta hæc clausa erit, et non aperietur, et vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, et eritque clausa prin-

cipi. Tu. §. Loquatur. p. 246.

## LECTIO 2.

Princeps ipse sedebit in eâ, ut comedat panem coram Domino. Per viam portæ vestibuli ingredietur, et per viam ejus egredietur. Et adduxit me per viam portæ aquilonis in conspectu domûs: et vidi, et ecce implevi gloria Domini domum Domini: et cecidi i faciem meam. Tu. §. Benedict.

## LECTIO 3.

Et dixit ad me Dominus: Fili hominis, pone cor tuum, et vide oculis tuis, et auribus tuis audi omnia quæ ego loquor ad te de universis ceremoniis domûs Domini, et de cunctis legibus ejus: et pone cor tuum in viis templi per omnes exitus sanctuarii. Tu. §. Favus sillanatur.

## IN II. NOCT.

Sermo S. Ambrosii Episcopi. *De institut. Virgin. c. 8.*

## LECTIO 4.

Quæ est hæc porta, nisi MARIA? ideo clausa, quia virgo. Porta igitur MARIA, per quam Christus intravit in hunc mundum, quando virginali fusus est partu, et genitalia virginitalis claustra non solvit. Mansit inemeratum sep'um pudoris, et inviolatâ integritatis duravere signacula, cum exiret ex Virgine, cujus altitudinem mundus susinere non posset. Tu. §. Ego quasi.

## LECTIO 5.

Hæc, inquit, porta clausa erit, et non aperietur. Bona porta MARIA, quæ clausa erat, et non aperiebatur. Transivit per eam Christus, sed non aperuit. Et nemo transibit per eam, id est, nemo hominum, quoniam Dominus, inquit, Deus Israel transibit per eam. Eritque clausa, et non aperietur à quocumque, nec aperta est, quoniam

habuit semper jannam suam Christus, qui dixit: Ego sum janna, quæ: nemo ab eâ potuit avellere. Tu. §. Benedictio.

## LECTIO 6.

Hæc porta ad orientem aspiciebat, quoniam verum lumen effudit, quæ generavit orientem, peperitque solem justitiæ. Audiunt ergo imprudentes: clausa, inquit, erit hæc porta, quæ solum recipit Deum Israel. Is igitur de quo dictum est ad Ecclesiam: quoniam confortavit seras portarum tuarum: suam portam confortare non potuit? Sed confirmavit profectò et reservavit intactam. Denique non est aperta. Tu. §. Benedictum.

## IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Mattheum.

LECTIO 7. c. 13. v. 33.

In illo tempore: Dixit JESUS Discipulis suis: Simile est regnum celorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

*In Natali Dom. Scrm. 2.*

Verbum (quod erat in principio apud Deum et Deus era), anima (quæ de nihilo creata est, et ante non era), caro de massâ corruptionis, sine corruptione aliquâ segregata artificio (qualis nulla jam caro era) vinculo indissolubili in personæ coeunt unitatem. Habes in his triplex genus potentie: quod non erat, creatum: quod perierat, reparatum: quod super omnia erat, paulò minus ab angelis minoratum. Hæc sunt Evangelica illa sala farinæ, quæ pari èr fermentantur, ut sit panis angelorum, quem manducet homo, panis cor hominis confirmans. Tu. §. Venite ad me.



## LECTIO 8.

**F**elix mulier benedicta in mulieribus, in cuius castis visceribus, superveniente igne Sancti Spiritus coctus est panis iste. Felix, inquam, mulier, quæ in hæc tria sala immisit fidei suæ fermentum, siquidem fide concepit, fide peperit, et, ut ait Elizabeth, beata, quæ credit, quopiam perfecta sunt in eâ omnia, quæ dicta sunt et in Domino. Tu. *ñ*. Quis infirmatur.

## LECTIO 9.

**N**ec mireris, quod fide ejus mediante unitum dixerim Verbum carni, quandoquidem et carnem ipsam de ejus carne suscepit. Sanè ne hoc quidem præsentis expositioni obviare potest, quod de celestis regni dicitur similitudine. Neque enim indignum videtur, si colorum regnum fidei MARLE comparatur, quod et reparatur. Hujus itaque vinculum unionis nulla omnino solvere poterit creatura. Tu. Te Matrem.

*Ad Benedict. ant.* Colorum regnum \* fidei MARLE comparatur, quia per ipsam ejus fidem reparatur.

Oremus. *Oratio.*

Dens, qui nos conspiciæ ex nostrâ infirmitate deficere, sub tuâ protectione nos suscipe, quos per Unigenitum tui Genitricem Sanctissimam, misericordiam et gratiam in conspectu tuo invenire fecisti. Per eundem Dom.

## CANON.

Ex Decretis S. Rituum Congregationis.

14. Jun. 1608. et 28. Maj. 1616.

342. Prima dignitas det candelam Episcopo in Festo Purificationis Beate MARLE Virginis, et Episcopus det statim primæ dignitatis ante Vicarium generalem. Tu.

*Ad Magnific. ant.* Porta hæc \*

clausa erit, et non aperiatur, et vir non transibit per eam.

## CANONES

*Infra Heb. 6. Vita active.*

§. 16. De Festo B. M. V. de Monte Carmelo.

## FERIA II.

Ex Joanne Papâ Vigesimo secundo. *Const. Sic. mihi. 13. Mart. 1322.*

B. *Carm. T. 1. p. 61.*

343. Sanctam Indulgentiam «Sabbatinam appellatam» accepto, robore, et in terris confirmo; sicut propter merita Virginis Matris gloriose JESUS-Christus concessit in cælis. Tu.

## FERIA III.

Ex Alexandro Papâ Quinto.

*Const. Tenorem. an. 1409. B.*

*Carm. T. 1. p. 166.*

344. Tenorem «Sabbatini» privilegii Joannis Vigésimi secundi Prædecessoris nostri fratribus et sororibus et confratribus ordinis Carmelitarum concessi, per nos visi, et diligenter inspecti, de dicto originali sumptum, ut de ipso in posterum certitudo plenior habeatur, presentibus fecimus annotari. Tu.

## FERIA IV.

Ex Clemente Papâ Septimo.

*Const. 38. Ex Clementi. an. 1530.*

—B. *Rom. T. 4. p. 1. p. 93.*

345. Joannis Vigésimi secundi, et Alexandri Quinti, ac aliorum Prædecessorum nostrorum literas, et per eosdem Prædecessores, omnia et singula privilegia.... et gratias Ordini Beate MARLE Virginis de Monte Carmelo.... etiã per nos et sedem apostolicam concessas.... auctoritate apostolica approbamus et innovamus. Tu.

## FERIA V.

Ex Decreto S. Romanæ Inquisitionis.

*Sub Paulo V. an. 1613. Bullar.*

*Carm. T. 1. p. 62.*

346. Patribus Carmelitanis permittatur prædicare, quod populus Christianus possit piè credere de adjutorio animarum Fratrum et confratrum in charitate decedentium, qui in vitâ habitum gestaverint, et charitatem pro suo statu coluerint, officiumque parvum recitaverint, vel si recitare nesciverint, Ecclesie jejunia observaverint, et feria quarta et sabbatis à carnibus abstinuerint, Beate Virginis intercessionibus cunctis, suisque suffragiis et meritis, et speciali protectione post eorum transitum, præcipueque in die Sabbati, (qui dies ab Ecclesia eidem Beate Virgini dicitur esse) adjuturam. Tu.

## FERIA VI.

Ex Innocentio Papâ Undecimo.

*Const. Apostol. Officium. an. 1679.*

B. *Rom. T. 8. p. 92.*

347. Precibus Reginae Portingaliæ inclinati, ut Festum gloriosissimæ Virginis MARLE de Monte Carmelo.... in omnibus Ecclesiis Coronæ Portugalie annis singulis die decimâ sextâ Julii, seu aliâ die infrâ ejus Octavam cum Officio et Missâ propriâ, celebrari possit, concedimus. Tu.

## SABBATO.

Ex Decretis S. Rituum Congregationis.

24. Sept. 1726.—5. Maj. 1736.

348. Benedictus Papa Decimus tertius noviter impressum Officium pro solemnitate Beate MARLE Virginis de Monte Carmelo approbavit, atque in posterum sub ritu Duplici majori pro die decimâ sextâ Julii quotannis recitari constituit. «Missâ dicatur illa, quæ incipit: Gaudeamus omnes.» Tu.

DOM. VII. POST PENTEC.

*Semiduplex.*

Dom. VII. post Pentec.

IN III. NOCT.

De Daniele Propheta.

LECTIO 1. c. 4. 1.

**E**go Nabuccodonosor quietus eram in domo meâ, et florens in palatio meo: somnium vidi, quod perterruit me: et cogitationes meâ in strato meo, et visiones capitis mei conturbaverunt me. Et per me propositum est decretum, ut introduce rentur in conspectu meo cuncti sapientes Babylonis, et ut solutionem somni indicarent mihi. Tu. *ñ*. Loquatur. p. 246.

LECTIO 2. v. 6.

**B**althasar princeps ariolorum, quoniam ego scio, quod Spiritum sanctorum Deorum habes in te, et omne Sacramentum non est impossibile tibi: visiones somniorum meorum, quas vidi, et solutionem eorum narra. Visio capitis mei in cubili meo: videbam, et ecce arbor in medio terræ, et altitudo ejus nimia. Tu. *ñ*. Benedictum.

LECTIO 3.

**M**agna arbor et fortis: et proceritas ejus contingens cælum: aspectus illius erat usque ad terminos universæ terræ. Folia ejus pulcherrima, et fructus ejus nimis: et esca universorum in eâ: subter eam habitabant animalia et bestiae, et in ramis ejus conversabantur volucres cæli: et ex eâ vescébatur omnis caro. Tu. *ñ*. Favus distillans.

IN II. NOCT.

Ex verbis B. Alberti Magni, in Bibliâ Marianâ. *In Daniele Proph.*

LECTIO 4.

**B**eata Virgo est arbor illa, quæ multipliciter commendatur in Daniele. Primò commendatur à communitate: ibi videbam, et ecce arbor in medio terræ; idest, MARIA in medio Ecclesie, omnes respiciens, et quantum in se est, communiter ad omnes se habens. Secundò à dig-



nitate, ibi: et altitudo ejus nimia. Bernardus: O virgo, virga sublimis in quam sublime verticem sanctam erigis, usque ad sedentem in throno, usque ad Dominum majestatis? Neque id mirum, quoniam in altum mittit radices humilitatis. Et magna, virtutum magnitudine. Tu. ♀. Ego quasi.

## LECTIO 5.

Tertiò à fortitudine: ibi: et fortis. Glossa: contra diabolum, mortem, et peccatum. Et proceritas ejus contingens cœlum, id est, Christum Deum. Quartiò à misericordiâ ad omnes: ibi: aspectus illius: glossa: misericordiâ usque ad terminos universæ terræ. Quinò à fecunditate: ibi: folia ejus pulcherrima, id est, verba, quæ dixit ad angelum, ad cognatam, ad Filium. Et fructus ejus nimius, id est, Christus, qui sufficit et angelis et hominibus. Tu. ♀. Benedictio.

## LECTIO 6.

Sextò commendatur à cibatione, quia cibat omnes. Et esca universorum in eâ, id est, angelorum, et hominum. Septimò à fidelissimâ protectione: ibi: subter eam: id est, sub protectione ejus habitant confidenter et letantur animalia et bestie, id est, miseri peccatores propter refecionem, protectionem, pascionem, et pulchritudinem. Octavò à jucunditate, quam habent omnes Sancti in eâ: ibi: et in ramis ejus scilicet virtutum, conversabuntur volucres cœli, id est, omnes sancti, et ex eâ vescatur omnis caro, quoniam alit omnes. Tu. ♀. Benedictio.

## IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

## LECTIO 7. c. 12. v. 24.

In illo tempore: Dixit JESUS Discipulis suis: Nisi granum frumenti

cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Et reliqua. Homilia Sancti Ambrosii Episcopi.

*De institutione Virgin. c. 14.*  
Verè autem alvus ille MARIE crater tornatilis, in quo erat sapientia, quæ miscuit in cratere vinum suum, indicentem cognitionis suæ gratiam, divinitatis suæ plenitudine subministrans. In quo Virginis utero simul æcerus tritici et lilii floris gratia germinabat, quoniam et granum tritici generat, et liliolum. Tu. ♀. Veni e.

## LECTIO 8.

Granum tritici secundum quod scriptum est: amen, amen dico vobis, nisi granum tritici cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Sed quia de uno grano tritici æcerus est factus, completum est illud propheticum: Et convales abundabunt frumento, quia granum illud mortuum plurimum fructum attulit. Hoc itaque granum omnes homines perpetuâ cœlestium munerum esca saturavit. Tu. ♀. Sicut infirmatur.

## LECTIO 9.

Consummatum est illud propheticum oris eloquium, dicente eodem David: cibavit eos ex adipe frumenti, et de petrâ melle saturavit eos. In hoc grano esse etiâ liliolum divina testantur oracula, quia scriptum est: Ego sum flos campi, et liliolum convallium: sicut liliolum in medio spinarum. Christus erat liliolum in medio spinarum, quando erat in medio Judæorum. Tu. Te Matrem.

*Ad Benedict. ant.* Venter tuus sicut æcerus tritici vallatus liliis.

Oremus. *Oratio.*

Dulcissimum MARIE Nomen invocantibus servilis perle, Regina clemens, gratia suæ munera largiatur JESUS Christus Filius tuus, qui cum Patre et Spiritu Sancto

vivit et regnat Deus per omnia sæcula sæculorum.

## CANON.

§. 7. *De Sanctissimo Rosario*  
Ex Sixto Papâ Quarto.  
*Const. Ea que. an. 1478.—Bul. Rom. T. 3. p. 3. p. 172.*

349. Ducis et Ducissæ Britaniæ supplicationibus inclinati.... Sanctissimum Rosarium auctoritate apostolicâ approbamus, illudque tolerandum fore, ac cunctis fidelibus eo modo orare debere, et licere discernimus. Tu.

*Ad Magnif. ant.* Ecce arbor \* in medio terræ et altitudo ejus nimia.

## CANONES

*Infra Heb. 7. vitæ act.*

## FERIA II.

Ex Sixto Papâ Quarto.

*Ut supra.*

350. Pro quâlibet vice quæ «omnes et singuli Christi fideles Sanctissimo Rosario» oraverint, pro quâlibet quinquagena præfati Psalterii quinque annos, et totidem quadragenas indulgentiæ misericorditer in Domino relaxamus. Tu.

## FERIA III.

Ex Leone Papâ Decimo.

*Const. Pastor. Æterni. an. 1520.—B. R. Tom. 3. p. 495.*

351. Innocentius Papa Octavus omnibus confratribus Sanctissimi Rosarii, qui per Hebdomadam dicerent Psalterium B.ate MARIE Virginis, hujusmodi plenariam omnium peccatorum suorum remissionem semel in vitâ et semel in mortis articulo concessit. Tu.

## FERIA IV.

Ex Leone Papâ Decimo.

*Ut supra.*

352. Confraternitatem Sanctissimi Rosarii, ac ritum sive modum orandi hujusmodi, necnon omnes et singulas indulgentias tam per Sixtum et Innocentium Prædecessores,

quàm per Legatum, Nuntium, et Ordinarium, ut præferunt, concessas, et desuper confectas literas, ac omnia et singula in eis contenta approbamus.... ipsasque Indulgentias de novo perpetuò concedimus. Tu.

## FERIA V.

Ex Leone Papâ Decimo.

*Pastor. Offici.*

353. Confratribus Sanctissimi Rosarii.... qui tēr in Hebdomadâ dictum Rosarium devotè oraverint, pro quâlibet vice alios decem annos, et totidem quadragenas de injunctis et penitentibus misericorditèr in Domino relaxamus. Tu.

## FERIA VI.

Ex Leone Papâ Decimo.

*Ut supra.*

354. Quòd pro receptione et conscriptione aliquorum confratrum et consoriorum in confraternitatem Sanctissimi Rosarii, nihil omninò temporale exigi debeat, sed spontè oblata, dumtaxat recipi possint, perpetuò statuimus et ordinamus. Tu.

## SABBATO.

Ex Clementi Papâ Septimo.

*Const. Elsi temporal. an. 1533.—B. R. Tom. 4. p. 1. p. 109.*

355. Quia nos decet religiones, et Sanctorum Patrum Instituta potissimum ampliare... omnibus confratribus et consoribus Rosarium Sanctissimæ Virginis recitantibus annos duos vere indulgentiæ «ultra concessas» concedimus. Tu.

## DOM. VIII. VITÆ ACT.

*Semiduplex.*

## IN I. NOCT.

De Osa Propheta.

## LECTIO 1. c. 2. 14.

Ecce ego lactabo eam, et ducam eam in solitudinē, et loquar ad cor ejus. Et dabo ei vitulos ejus



ex eodem loco, et vallem Achor ad aperendam spem: et canet ibi iuxta dies ascensionis suae de terra Aegypti. Et erit in die illa, ait Dominus: vocabit me vir meus, et non vocabit me ultrà Baali. Tu. ꝑ. Loquat. p. 246.

## LECTIO 2.

Et auferam nomina Baalim de ore ejus, et non recardabitur ultrà nominis eorum... Et sponsabo te mihi in sempiternum: et sponsabo te mihi in justitiã; et iudicio, et in misericordiã, et in miserationibus. Et sponsabo te mihi in fide, et scies, quia ego Dominus. Tu. ꝑ. Benedictum.

## LECTIO 3.

Et erit in die illa: exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cœlos, et illi exaudient terram. Et terra exaudiet triticum, et vinum, et oleum: et hæc exaudiet Jezrael. Et seminabo eam mihi in terrã, et miserabor ejus, qui fuit absque misericordiã. Tu. ꝑ. Favus distill.

## IN II. NOCT.

Ex verbis Sancti Bonaventuræ Ep. in Speculo Beatæ Virginis. Lec. 10.

## LECTIO 4.

Attendite, carissimi, quòd Dominus iste, qui tam singularitèr est cum MARIA, ipse est Dominus, ejus Sponsa venustissima est MARIA. Undè tam de isto Domino, quàm de istã Sponsã, exponi potest illud Osee: sponsabo te mihi: Ecce pulchra Sponsã, pulchra in justitiã, et iudicio respectui sui: pulchra in miserationibus, et misericordiã respectui proximi: pulchra in fide respectui Dei. Tu. ꝑ. Ego quasi.

## LECTIO 5.

Pulchra utique in justitiã vite, et in iudicio conscientie: pulchra in misericordiã in affectu; et in miserationibus in effectu: pulchra in

fide, quã credidit omnia credenda supra se, et quã credidit omnia perficienda in se, iuxta illud, beata quæ credidisti, quoniam perficientur in te, quæ dicta sunt tibi à Domino. Tu. ꝑ. Benedictio.

## LECTIO 6.

Sed ecce Sponsa Spiritus Sancti MARIA sicut formosissima fuit in conversatione, ita etiã dulcissima est in allocatione, sicut dicitur in canticis: Favus distillans labia tua, mel, et lac sub lingua tuã. O quàm melliflusa verba sæpè distillaverunt dulcissima MARIE labia? Quæ etiã benè mel et lac sub lingua habuit in duobus verbis, quæ ipsa Gabrieli respondit. Eja ergò quanti decoris, et quanti dulcoris est illa sponsa summi consolatoris! Tu. ꝑ. Benedictum.

## IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

## LECTIO 7. c. 2. v. 12.

In illo tempore: Descendit JESUS Capharnaum, et Mater ejus, et fratres ejus, et discipuli ejus. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi. Tract. 10. in Joannem.

Undè fratres Domini? Num enim MARIA iterum peperit? Absit. Indè cepit dignitas virginum. Illa femina Mater esse potuit, mulier non potuit. Dicta est autem mulier secundum femineum sexum, non secundum corruptionem integritatis: et hoc ex lingua ipsius Scripturæ. Nam et Eva statim facta de latere viri sui, nondum contacta à viro suo, nostis, quia mulier appellata est. Tu. ꝑ. Venite.

## LECTIO 8.

Undè ergò fratres? Cognati MARIE fratres Domini, de quolibet gradu cognati. Undè probamus? Ex ipsã Scripturã. Frater Abraham dictus

est Lot, filius erat fratris ipsius. Lege et invenies, quia Abraham patruus erat Lot, et dicti sunt fratres. Item Jacob Laban Syrum habebat avunculum, frater enim erat Laban matris Jacob, id est, Rebecæ uxoris Isaac. Lege scripturam, et invenies, quia fratres dicuntur avunculus et sororis Filius. Quã regulã cogniti, invenies omnes cognatos consanguineos MARIE fratres esse Christi. Tu. ꝑ. Quis infir.

## LECTIO 9.

Sed illi Discipuli magis erant fratres, quia et illi cognati fratres non essent, si discipuli non essent, et sine causã fratres, si magistrum non agnoscerent fratrem. Nam quodam loco ait: quæ mihi mater, et qui mihi fratres? Et extendens manum super discipulos suos, dixit: isti sunt fratres mei. Et quicumque fecerit voluntatem Patris mei, illi mihi mater et frater et soror est: Ergò et MARIA, quia fecit voluntatem Patris. Hoc in eã magnificavit Dominus, quia fecit voluntatem Patris, non quia caro genuit carnem. Tu. Te Matrem.

Ad Benedict. ant. Beatus venter, qui te portavit, et ubera, quæ susxisti.

## Oremus.

## Oratio.

Presta, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui Genitricis Unigeniti tui assidue imploramus auxilium, petitionis nostræ singularem consequamur effectum. Per eundem.

## CANON.

Ex Sixto Papã Quinto.

Const. Dum ineffabilis. an. 1386.

—B. R. Tom. 4. p. 4. o. 34.

356. Confratribus Rosarii Beatæ Virginis MARIE itinerantibus, vel navigantibus, ac servientibus totum Rosarium, infirmis vero, aut aliã legitime impeditis tertiam

ejus partem devotè recitantibus... qui capellas «Confraternitatis» iis diebus, quibus festa mysteriorum ejusdem Rosarii celebrantur, visitare et processioni, qua primã Dominicã ejuslibet mensis fieri solita, interesse non potuerint, plenariam indulgentiam concedimus. Tu.

Ad Magnif. ant. Sponsabo te mihi in fide, in iudicio, in misericordiã, et in miserationibus.

## CANONES.

Infra Hebdom. 8. Vita activa. FERIA II.

Ex Clemente Papã Decimo.

Const. Coelestium numer. an. 1671.

—B. R. Tom. 7. p. 90.

357. Precibus Catholicorum Regum inclinã... Sacerdotibus... Missam de Sanctissimo Rosario celebraturis... et confratribus Rosarii, qui Missæ de Rosario celebrandæ interfuerint... omnes et singulas Indulgentias... quas confratres totum Rosarium recitando... consequuntur, auctoritate apostolicã concedimus. Tu.

## FERIA III.

Ex Constitutionibus Synodalibus Dertusensibus. Titul. 3. c. 9.

358. Statuimus et ordinamus, quòd à cætero in omnibus Ecclesiis nostræ Diocesis, singulis diebus, saltem Dominicis et festivis, horã competenti, et ad id invitato populo, Parrochi et alii Sacerdotes, si forsã fuerint, Psalterium (seu Sanctissimum Rosarium Beatæ Virginis) devotè recitanti, sagantque nihilominus, ut sui parrochiani intersint, ut indulgentias jam aliã concessas, et quadraginta dies, quos interessentibus, et illud attentè recitantibus ultrã concedimus, consequi mereantur. Tu.

## FERIA IV.

§. 8. De B. V. de Mercede.

Ex Clementi Papã Nono.



Dom. IX. post Pentec.  
*Const. In supereminenti. an. 1668.*  
*— B. R. Tom. 6. p. 6. p. 289.*

359. Ordinis Beate MARIE Virginis de Mercede Magistro et Procuratoribus generalibus nunc et pro tempore existentibus, ut utriusque sexus confraternitates tam sub præfata Beate MARIE de Mercede, quam aliâ quâcumque invocatione ubi vs locorum insi nere valeant, perpetuò concedimus. Tu.

## FERIA V.

Ex Innocentio Papâ Undecimo.  
*Const. Orto. an. 1680. — B. R. Tom. 8. p. 131.*

360. U. Missa et Officium Beatissimæ Virginis MARIE de Mercede sub ritu Duplici singi in annis Dominicâ proximiori Kalendis Augusti... in omnibus Hispaniarum Regnis celebrari et recitari possint, auctoritate apostolicâ indulgemus. Tu.

## FERIA VI.

§. 9. De septem Doloribus B. V.  
 Ex Decreto S. Rituum Congregationis, 31 Maj 1669. in *Tornacens.*

361. Missa Beate MARIE Virginis sub invocatione septem Dolorum Feriâ sextâ infra hebdomadam Passionis debet recitari cum « Gloria Patri » ad Introitum, et cum Psalmo « Judica me Deus » ad Confessionem. Tu.

## SABBATO.

Ex Decreto Sacrorum Rituum Congregationis, 3. Sept. 1672.

362. Si Festum Dolorum Beate MARIE Virginis occurrat in aliud festum altioris ritus, transferitur in Sabbatum sequens: si verò concurrat cum festo Annuntiationis ejusdem Beate MARIE Virginis, Vesperæ dicuntur de Annuntiatione sine commemoratione de septem Doloribus. Tu.

## DOM. IX. VITÆ ACTIVE.

*Semiduplex.*

*Si hæc Domin. fuerit ultima vitæ active omittitur cum sequentibus, et ejus loco ponitur Dom. XIII. seu ultima.*

## INI. NOCT.

De Joële Propheta.

LECTIO 1. c. 2. 21.

Noli timere, terra, exulta; et lætare: quoniam magnificavit Dominus, ut faceret. Nolite timere animalia regionis: quia germinaverunt speciosa deseri, quia lignum attulit fructum suum, ficus et vinea dederunt virtutem suam. Tu. §. Loqua'ur. p. 246.

LECTIO 2.

Ei Filii Sion, exultate, et lætamine in Domino Deo vestro: quia dedit vobis doctorem justitiæ, et descendere faciet ad vos imbrem matu inum et serolinum, sicut in principio. Et implebuntur aræ frumento, et redundabunt torcularia vino et oleo. Tu. §. Benedictum.

LECTIO 3.

Ei comeditis vescentes, et saturabimini: et laudabi nomen Domini Dei vestri, qui fecit mirabilia vobiscum: et non confundetur populus meus in sempiternum. Et scietis, quia in medio Israel ego sum: et ego Dominus Deus vester, et non est amplius: et non confundetur populus meus in aeternum. Tu. §. Favus.

INI. NOCT.

Ex verbis S. Bonaventuræ Ep. in Speculo B. Virginis. *Lectio 18.*

LECTIO 4.

Fructus MARIE benedictus necessarius est ad revelationem mediæ, sive famis mentalis, ne propter defectum nutrimenti deficient animalia Dei. Propter quod benedicitur à Propheta Joële: nolite

timere animalia regionis: quia germinaverunt speciosa deseri, et lignum attulit fructum suum. Tu. §. Ego quasi.

LECTIO 5.

Desertum, quod sine culturâ germinat, et profert pasuum animalium, signare potest MARIAM, quæ sine culturâ maritali protulit Filium, qui est pasus animarum fidelium. Ideo benè de ipsâ dici potest illud Ezechielis: terra illa inculca facta est ut horlus voluplatis. Speciosa hujus felicitis deserti sunt speciosa germina cœlestium desideriorum, speciosa: herbarum operum bonorum, speciosa flores virtutum et donorum, speciosa folia utilium verborum, et cerè speciosus fructus ventris sui, qui est pasus omnium justorum. Tu. §. Benedicta.

LECTIO 6.

MARIA est desertum hoc speciosum: MARIA quonè est lignum hoc fructuosum, de quo dicitur: et lignum attulit fructum suum. O verè mirabilem fructum, per quem tam famem, quam sîs relevatur animus. Sicut testatur Beatus Bernardus, dicens: bonus fructus, qui animarum esuriuntium, et sitientium justiam esca, et potus est. Tu. §. Benedictum.

INI. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO 7. c. 24. v. 15.

In illo tempore: Dixit JESUS discipulis suis: cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta, stantem in loco sancto. Et requia.

Homilia S. Antonini Ep. Florentini.

De angelicâ salut. cap. 13. §. 17.

Fuit beata Virgo sine vâ, quod

contingit omnibus matribus. Undè Dominus JESUS, vâ prægnantibus, et nutritibus. Est autem istud vâ triplex in matribus, scilicet: da'ificentia, indigentia, et afflictio. Dammum autem triplex incurrit femina, cum mater efficitur, scilicet, quia in conceptu perdit virginitatem, thesaurum incorruptibilem. Post conceptum venustatem et sanitatem. In partu autem perdit hominum societatem: non enim possunt viri accedere ad eas. Sed ab hujusmodi vâ fuit libera Beata MARIA. Tu. §. Venite ad me.

LECTIO 8.

Èm matres incurrit vâ indigentia. Nam ad concipiendum indigent compare, id est, viro, ex quo concipiant, in partu conceptum egent quiete, in partu obstetricatione. Sed ab hujusmodi vâ libera fuit beata MARIA, quia non ex virili semine, sed mystico spiramine Verbum Dei factum est caro de Virgine MARIA. Non eguit quiete, quia non ex eo debilitata, sed roborata fuit. Nulla neque fuit obstetrix, nulla obsequia mulierum. Tu. §. Quis infirmatur.

LECTIO 9.

Tertiò matres incurrit vâ afflictio, quâ afficiuntur in conceptu libidine, in portando in ventre gravidine, in partu maximo dolore. Sed beata MARIA sine hujusmodi vâ fuit. Nam concepit sine libidine: undè angelus: virtus Altissimi obumbrabit tibi, id est, refrigerium præstabit, ut sine ardore alicujus libidinis concipias. Sine gravamine filium in ventre portavit: Undè Isaias: Dominus ascendet super nubem levem. Nubes est Virgo MARIA, quæ gravamine in portando non habuit, et ipsa sola sine dolore peperit Sal-



vatorem seculi. Tu. Te Matrem.

*Ad Benedict. ant.* Sine contaminatione Virgo concepit, et sine dolore peperit medicinam mundi.

Oremus. *Oratio.*

Puifica, quæsumus, Domine charitate tuâ corda nostra, ut per intercessionem beatæ MARLE semper Virginis, Sanctissimi Filii tui promissionibus digni efficiamur. Qui tecum.

#### CANON.

Ex Decreto Sacri Rituum Congregationis.

19. Aug. 1817. *Urbis et Orbis.*

363. Occurrente Festo septem Dolorum beatæ MARLE Virginis, quod celebratur Dominicâ tertîa septembris, cum die octavâ Patroni, Titularis, aut Dedicationsis Ecclesiæ, fieri debet de octavâ, et Festum septem Dolorum transferatur ad primam Dominicam non impeditam alio festo beatæ Virginis, vel aliquâ octavâ: et si omnes Dominicæ usque ad Adventum fuerint impeditæ, tunc transferendum erit juxta Rubricas ad primam diem non impeditam post Dominicam tertiam septembris. Tu.

*Ad Magnif. ant.* Nolite timere, quia lignum attulit fructum suum.

#### CANONES.

*Infra Hebd. 9. Vitæ activæ.*

#### FERIA II

Ex Benedicto Papâ Decimo Tertio. Cons. Redemptoris. an. 1724.

*B. Carn. Tom. 4. p. 102.*

364. Omnibus Christi fidelibus, qui in singulis Feriis sextis Quadragesimæ et festivitate Septem Dolorum beatæ MARLE Virginis... coronam septem Dolorum recitaverint, ducentos dies pro quolibet oratione Dominicâ, et to-

#### Dom. IX. post Pentec.

tidem pro quavis salutatione angelicâ. In reliquis verò totius anni diebus, centum dies: iis autem qui hujusmodi coronam integram recitaverint septem annos, et totidem quadragesimas de injunctis eis penitentibus relaxamus. Tu.

#### FERIA III.

Ex Clemente Papâ Duodecimo. *Const. Exponi nobis. an. 1733. — B. R. Tom. 13. p. 377.*

365. Omnes et singulas confraternitates sub titulo beatæ MARLE Virginis Septem Dolorum à Superioribus Generalibus Ordinis Servorum ejusdem beatæ Virginis... ubicunque locorum de presenti erectas... auctoritate apostolicâ confirmamus, et validamus. Tu.

#### FERIA IV.

§. 19. *De Patrocinio B. V.* Ex Innocentio Papâ Undecimo. *Const. Eximia an. 1679. B. R. Tom. 8. p. 96.*

366. Precibus Caroli Regis Hispaniarum inclinati... ut Patrocinii Beatissimæ Virginis MARLE Festum hujusmodi cum Officio et Missâ... in posterum Dominiis Regi Hispaniarum subjectis celebrari liberè et licitè valeat, auctoritate apostolicâ concedimus. Tu.

#### FERIA V.

Ex Alexandro Papâ Septimo. *Cons. Præclara. an. 1656. — B. R. T. 6. p. 4. p. 131.*

367. Omnibus virisque sexus Christi fidelibus, verè penitentibus et confessis, ac sacrâ communionem receptis, qui Missæ solemnî in die Patrocinii beatæ MARLE Virginis interfuerint... plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditèr in Domino concedimus. Tu.

#### Dom. X. post Pentec.

#### FERIA VI.

Ex Decreto S. Rituum Congregationis.

14. april 1753. — *Bullar. Carn. Tom. 4. p. 397.*

368. Sacrorum Rituum Congregatio confirmavit et approbavit electionem Sanctæ MARLE Scalæ Paradisi nuncupatæ in Patronam principale... Provincie Syracusanæ. Tu.

#### SABBATO.

Ex Decreto S. Rituum Congregationis.

8. Jan. 1763. *Conq. Canon. S. Ant. Abb.*

369. Clemens Papa Decimus tertius electionem beatæ MARLE Virginis de Columnâ in Patronam principalem Congregationis Sancti Antonii Abbatis Regnorum Navarræ, Aragoniæ, Cathalauniæ, Valentie et Insularum nuncupatarum Baleares benignè approbavit et confirmavit. Tu.

#### DOM. X. VITÆ ACTIVÆ.

##### Semiduplex.

*Si hæc Dom. fuerit ultima Vitæ activæ omittitur cum duobus sequentibus, et ejus loco ponitur Dom. XIII. seu ultima.*

#### IN I. NOCT.

De Jonâ Propheta.

#### LECTIO 1. c. 1. 1.

Et factum est verbum Domini ad Jonam filium Amathi, dicens: surge, et vade in Ninivem civitatem grandem, et prædica in eâ, quia ascendit malitia ejus coram me. Et surrexit Jonas, ut fugeret in Tharsis à facie Domini, et descendit in Joppem, et invenit navem euntem in Tharsis: et dedit nautum ejus, et descendit in eam, ut iret cum eis in Tharsis à facie Domini. Tu. §. Loquatur. p. 246.

#### LECTIO 2.

Dominus autem misit ventum magnum in mare; et facta est tempestas magna in mari, et navis periclitabatur conteri... Dixit vir ad collegam suum: venite, et mittamus sortes, et sciamus quale hoc mare sit nobis. Et miserunt sortes, et cecidit sors super Jonam. Et dixerunt ad eum: indica nobis, cujus causa malum istud sit nobis... Quid faciemus tibi, et cessabit mare à nobis? Tu. §. Benedictum.

#### LECTIO 3. c. 12.

Et dixit ad eos: tollite me, et mittite in mare, et cessabit mare à vobis: scio enim, quoniam propter me tempestas hæc grandis venit super vos. Et remigabant viri, ut revertentur ad aridam, et non valebant, quia mare ibat, et intumescibat super eos... Et tulerunt Jonam, et miserunt in mare, et stetit mare à fervore suo. Tu. §. Favus.

#### IN II. NOCT.

Ex verbis B. Alberti Magni Ep. *In Bibliâ Mariand.*

#### LECTIO 4.

MARIA Mater misericordiæ est mare, quod nunquam per desideria et suspiria quiescere potuit, donec verus Jonas, id est, Filius Dei in ipsum per Incarnationem missus fuit. Dixerunt viri ad Jonam: Glossa: Jona qui interpretatur, columba, Christus est. Quid faciemus tibi, et cessabit mare à nobis? Et dixit ad eos: Tollite me, et mittite me in mare. Tu. §. Ego.

#### LECTIO 5.

Tollite me, et mittite in mare, id est, in MARIAM, ditissimum in pauperimam, sublimissimum in humillimam, Dominum in ancillam: Et tulerunt Jonam, id est, Christum: Glossa: non repngnantem, sed voluntati Patris voluntatem, sed voluntati Patris voluntatem.



riè ebedientem, et miserunt in mare, id est, in uterum MARIE cum angelico honore et obsequio. Tu. *g.* Benedictio.

## LECTIO 6.

Item beata Virgo est turris potentia Dei, de qua Micheas: turris gregis, id est, munimentum, nebulosa, obumbrans et abscondens peccatores, usque ad te venit. Glossa: id est, Christus dans tibi secundam in omnibus potestatem, ut dicere possis: data est mihi omnis potestas in celo, et in terra. Tu. *g.* Benedictum.

## IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

## LECTIO 7. c. 10. v. 23.

In illo tempore: Conversus JESUS ad Discipulos suos dixit: Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. Et reliqua.

Homilia B. Dionysii Carthusiani. De Laudib. B. V. M. libr. 1.

## art. 17.

Si ergo commendantur et beatificuntur à Christo oculi, et aures, qui eum vident, et audiunt, et si tam magnum et salubre fuit Salvatore videre, et audire in carne, quod sancti prophetæ et reges hoc avidissimè operaverunt, quàm magnum, saluberrimum ac desiderabilissimum fuit ipsum Dei Patris unicum Filium castissimo ventre concipere, portare, nutrire, parere, contreclare, et non solum inferiori, exteriorique visu videre, ut Dominum Deum ac Salvatorem, atque audire, ut magistrum et predicatorem: sed etiàm ipsum quotidie per tot annos ad libitum intueri et audire, ut unicuique et amantissimum Filium, imò, ut ei dignissimè subditum, et celestem et spiritalem, et amantissimum sponsum, ut familiarissimè et amorosissimè coha-

bitatorem domesticum. Tu. *g.* Venite ad me.

## LECTIO 8.

Beatissimi ergò sunt oculi suavissimè et æternaliter benedictæ MARIE, qui Deum incarnatum ita viderunt: beatissimæ aures ejus, quæ Christum sic audiverunt: beatissimum lactus ejus, qui illum assidue, ac maternaliter, corporaliterque tractavit: beatissimus gustus ejus, qui cum rege celorum quotidie comedit et bibit: beatissimus ejus offatus, qui dulci Salvatoris odore frequenter est immutatus. Sacratissima ac suavissima ubera ejus, quæ universalitatis Opifici alimoniam præbere electa sunt. Felicissimum os et labia venerabilissima, et præclarissima prorsus MARIE, quæ Deum ex senatum infantulum loquens, et tam affectuosissimè, atque purissimè affectione sunt osculata. Tu. *g.* Quis infirmatur.

## LECTIO 9.

Ece venerandus et magnus ille Patriarcha Abraham Pater tuus, imò potius servus ac Filius tuus, exultavit, ut videret diem Christi Filii tui: vidit et gavissus est, qui tamen filium tuum non vidit, nisi in spiritu ac figurâ. Et si tantus vir ex imaginariâ, spirituali, ac typicâ visione Christi futuri, ita gavissus est, atque cum tam ingenti affectu ipsum optavit videre, quàm præcordialiter in felicissima mens, laudabilissima semper MARIA in ipsius Christi Filii tui gaudebas presentia et aspectu? Certè tamò plus, quanò amplius eum amasti, quo clarior cognovisti, quo familiarior colabastis, quo licentius contrectasti. Tu. Te Matrem.

Ad Benedict. ent. Beati oculi tui splendissimi, qui Filium Dei frequentissimè conspiciebant.

Oremus.

Oratio.

Dirige, Domine, actus nostros secundum tuam voluntatem, ut in omnibus tibi placentes, beatissimæ Virginis MARIE intercessione digni effici mereamur. Per Dominum.

## CANON.

Ex Decreto S. Rituum Congregationis.

In Bull. Alex. VII. 1636. Salvatoris. *Confirmato.*

370. Sacra Rituum Congregatio Presbyteris Oratorii JESU-Christi..... quotannis tanquàm de Patrono..... die decimâ septimâ sep embrii Festum Solemnitatis Gloriosæ Virginis cum octavâ recolendi, nec non Missam et Officium celebrandi recitandique facultatem attribuit. Tu.

Ad Magnificat. ant. Tollite me, et militate me in mare, id est, in MARIAM, et cessabit contra me orta tempestas.

## CANONES

Infra Heb. 10. Vita activa.

## FERIA II.

Ex Decreto S. Rituum Congregationis.

14. Maj. 1707. in Parisiens.

371. In Ecclesiis dedicatis sub titulo Sanctæ MARIE Angelorum Officium de hoc titulo celebrandum est die Assumptionis ejusdem. Tu.

## FERIA III.

§. Per Litanias.

Ex Decreto S. Rituum Congregationis.

13. Jul. 1678. Forosempron.

372. Ad instantiam Confraternitatis Sanctissimi Rosarii civitatis Forosempronensis toleratur, si in fine Litaniarum dicatur: Regina Sanctissimi Rosarii, ideoque non potest prohiberi. Tu.

## FERIA IV.

Ex Decreto S. Rituum Congregationis.

16. Ang. 1766. Ord. Carmelitar.

373. Pia et laudabilis consuetudo, quæ ab antiquissimo tempore, cujus initii memoria non extat, in universo Ordine Carmelitarum Congregationis Hispaniæ viget, recitandi et canendi in Litanis Beatæ MARIE Virginis versiculum: «Mater Decor Carmeli, sive, Mater Carmelitarum.....» apostolicâ approbatione tollatur. Tu.

## FERIA V.

Ex Clemente Papâ Decimo Tertio. Const. Eximia pietatis. 14. Mart. 1677.

374. Conceditur facultas in Regnis Hispaniarum in quibus Beata MARIA Virgo sub Immaculatæ Conceptionis Mysterio, uti Patrona principalis peculiari devotione colitur, addendi in Litanis Lauretanis tam publicè, quàm privatè recitandis, post versiculum «Mater intemerata,» alterum scilicet, «Mater Immaculata.» Tu.

## FERIA VI.

Ex Decreto S. Rituum Congregationis.

Episcopos. Galie—apud Perrone.

375. Conceditur indulgentiam addendi in Litanis post versum «Regina Sanctorum omnium» aliud Deiparæ encomium, «Regina sine labe concepta,» dummodo iisdem tam privatim, quàm publicè aliud non addatur, nisi oblata facultate à sanctâ apostolicâ sede. Tu.

## SABBATO.

Ex Decreto S. Rituum Congregationis. In pluribus Decretis.

376. Non licet titulo specialis devotionis Litanis Lauretanis aliquem versiculum addere..... Tu.



*Si hæc Dom. fuerit ultima post Pentec. omittitur cum sequenti, et ejus loco ponitur Dom. XIII. seu ultima.*

## IN III. NOCT.

De Habacuc Propheta.

LECTIO 1. c. 3. 1.

Domine, audiivi auditionem tuam, et timui. Domine, opus tuum in medio annorum vivifica illud. In medio annorum notum facies: cum iratus fueris, misericordiam recordaberis. Deus ab austro veniet, et sanctus de monte Pharan: operit celos gloria ejus, et laudis ejus plena est terra. Tu. *ñ.* Loquatur. p. 216.

LECTIO 2.

Splendor ejus, ut lux erit: cornua in manibus ejus: ibi abscondita est fortitudo ejus: ante faciem ejus ibit mors. Et egredietur diabolus ante pedes ejus. Stelli et mensus est terram: aspexit et dissolvit gentes: et contriti sunt montes saceni: incurvati sunt colles mundi ab itineribus aeternitatis ejus. Tu. *ñ.* Benedictum.

LECTIO 3.

Pro iniquitate vidi tentoria. Ethiope, turbabuntur pelles terræ Madian. Nunquid in fluminibus iratus es, Domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua? Qui ascendes super equos tuos: et quadrigæ tuæ salvatio. Suscitans suscitas arcum tuum, iumenta tribubus, quæ locutus es. Tu. *ñ.* Favus.

IN II. NOCT.

Ex verbis B. Alberti Magni, Ep. De laudib. B. V. M. lib. 8. c. 5.

LECTIO 4.

Mons, qui dicitur ab eminentia secundum Isidorum, vel secundum alios dicitur mons, quasi moles

post Pentec.

opposita nascenti soli. Moles enim immobilis humilitatis MARIE, quam humilitas Christi adamavit, ut de se ipsa nasci dignaretur, se opposuit pro familiaribus suis fervori solis justitiam ne ipsos arefaciat. Exortus est sol cum ardore, et arefecit fœnum, id est, carnales, ut dicit Beatus Jacobus. Tu. *ñ.* Ego quasi.

LECTIO 5.

Beata Virgo MARIA est ille mons umbrosus et condensus Habacuc, secundum aliam litteram, à quo Deus venit ad nos. Unde sic ibi loquitur: Deus à Libano veniet, et Sanctus de monte umbroso et condensus. Beata Virgo Mons propter eminentiam sanctissimæ conversationis suæ, quæ dicitur Libanus, qui interpretatur candor propter prærogativam virginis puritatis. Tu. *ñ.* Benedictio.

LECTIO 6.

Umbrosus etiam dicitur iste mons, quia virtus Altissimi obumbravit ei in conceptione filii Dei, qui est lux inaccessibilis, et lucem habitat inaccessibilem. Condensus est mons iste per universarum virtutum multitudinem, quæ designantur in condensitate arborum: quia in eo consistit à divină sapientia circueunt omnes virtutes in superlativo. Dicitur ergo Deus à Libano, id est, à candore uteri virginis veniet ad salvandum nos, et Sanctus sanctorum de monte umbroso et condensus. Tu. *ñ.* Benedictum.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO 7. c. 25. v. 31.

In illo tempore: Dixit JESUS Discipulis suis: cum venerit Filius hominis in sede majestatis suæ, et omnes Angeli cum eo, tunc sede-

bit super sedem majestatis suæ. Et reliqua.

Homilia B. Goffridi Abb. Vindocinensis.

Serm. de B. V. M. — In Bibliothecâ PP. Tom. 12. p. 287.

Illo utique die homines qui in hoc sæculo humiles sunt, et obediētes, patriam illam celestem et supernam, duce suo capite Christo, cum honore magno et exultatione intrabunt, undè superbi et inobediētes Angeli cum verecundiâ et confusione ceciderunt. Ibi videbunt Deum homines facie ad faciem, sicuti est, et donabunt eis vita, salus, et gloria sempiterna, quæ Deus est. Tu. *ñ.* Venite.

LECTIO 8.

Beata autem MARIA mater, Virgo et Sponsa intacta ibi piissima apud piissimum Filium suum obtinebit, ut nemo illorum pereat, pro quibus vel semel oraverit. Nec mirum, quia universum suis precibus mundum salvare potest, si ipsa voluerit. Et ipsa quidem pro universo mundo paratissima esset ad precandum, totusque mundus salvaretur, si precibus ejus se faceret dignum. Hæc veracissime apud omnipotentem Filium, ut diximus, orando potest quicquid desiderat: sed pro illis, qui semper peccare desiderant, nullatenus orat. Tu. *ñ.* Quis infirmatur.

LECTIO 9.

Cæteri Sancti Dominum Deum orando impetrant, sed honorabilis Virgo MARIA, si illum ex eo quod Deus et Dominus est, exorare merito credatur, ex eo tamen quod homo est, et natus ex ea, quasi quodam matris imperio, apud ipsum impetrare quicquid voluerit, piâ fide non dubitatur. Nam si quilibet sanctus

apud justum judicem Deum obtinet quicquid sibi jure debetur: hæc quæ est mater judicis et omnium sanctorum Domina, jure matris nunquam fraudabitur. Hoc est enim materni juris apud Filios dignitate sublimes, ut si eos matres eorum sæpius rogent, quia domini sunt, eis etiam aliquid quasi impetent quia filii sunt. Tu. Te Matrem.

Ad Benedict. ant. Quem vis, ipse salvus erit, et à quo avertis vultum tuum vadit in interitum.

Oremus.

Oratio.

Da nobis, quæsumus, omnipotens Deus, puritatem mentis et corporis, ut digni Genitricis tuæ Sanctissimæ filii esse mereamur.

Qui vivis et regnas.

In hæc Dom. et Dominicis ac hebdomad. sequentibus Vite activæ leguntur Canonēs, qui lecti non fuerint in Dominicis et hebdomad. Februarî, seu Vite contemp. p. 134. 136. et 139.

Ad Magnif. ant. Dominus de Libano veniet, Dominus de monte umbroso et condensus.

DOM. XII. VITE ACTIVÆ.

Semiduplex.

*Si hæc Dom. fuerit ultima post Pentec. omittitur et ejus loco ponitur Dom. XIII. quæ sequitur.*

IN I. NOCT.

De Aggæo Propheta.

LECTIO 1. c. 2. 1.

Factum est verbum Domini in manu Aggæi Propheta, dicens: Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Juda, et ad Jesum filium Josedeæ Sacerdotem magnum, et ad reliquos populi dicens: Quis in vobis est derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua primâ? et quid vos videtis hanc nunc? Nunquid non ita est, quasi



non sit in oculis vestris? Tu. *g.*  
Loquatur. p. 246.

## LECTIO 2.

Et nunc confortare, Zorobabel, dicit Dominus: et confortare, Jesu fili Josedece Sacerdos magne, et confortare, omnis populus terræ... quia hæc dicit Dominus exercituum: adhuc unum modicum est, et ego commovebo cælum, et terram, et mare et aridam. Tu. *g.* Benedicet.

## LECTIO 3.

Et movebo omnes gentes: et veniet desiderium cunctis gentibus: et implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum. Meum est argere eum, et meum est aurum, dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria domus istius novissimæ plus quam primæ, dicit Dominus exercituum: et in loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum. Tu. *g.* Favus disillans.

## IN II. NOCT.

Sermo S. Thomæ Arch. Valentini.  
*Conc. de imm. concep. B. V. M.*

## LECTIO 4.

In structurâ secundi templi Dominus consolatur populum, et Sacerdotes mæstos, quoniam domus illa in comparatione primæ nulla appareret. Domus prima Eva in statu innocentie, pulchra, decora, innocens, sapiens. Domus secunda Virgo MARIA, humilis et mortalis. Sed, o peccatores, nolite contristari! major erit gloria Domus istius novissimæ, plusquam primæ. Illa nos occidit, ista nos vivificavit. Illa mortem adduxit, ista vitam. Illa creatura Dei; ista Mater Dei. Illa mundi exitium: ista sine peccato concepta, et a parentibus progenita. Tu. *g.* Ego quasi.

## LECTIO 5.

Et in templo isto dabo pacem.

Non fuit rebellio, non tumultus sensualitatis, non fomes peccati. Quoniam, ut ait Psalmus; factus est in pace locus ejus. Quis locus, nisi virginalis uterus? In pace formatus in utero, in pace vixit extra uterum. In ædificatione namque templi Salomonis non audiebat ut malleus, non strepitus, quoniam benè quadrati lapides sine malleo jungebantur. Tu. *g.* Benedictio.

## LECTIO 6.

Domus, inquit Scriptura, cum ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis isam gloria, et malleus et securis, et omne ferramentum non sunt audita in domo, cum ædificaretur. Siquidem, ut ait Propheta, contractus est in eâ, et contritus malleus universæ terræ, id est, universæ carnis: de quo Psalmista: ecce, inquit, in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea. In pace igitur formatus est in utero, ut semper pacem haberet in terrâ. Tu. *g.* Benedictum.

## IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

## LECTIO 7. c. 16. r. 1.

In illo tempore dicebat JESUS ad Discipulos suos: Homo quidam erat dives, qui habebat villicium. Et reliq. Homilia S. Thomæ Arch. Valentini.

## Concione de Domina nostrâ.

O Domina, quantum debes Domino meo! Qui profundissime divinæ sapientia, ultrâ quam credi possit, penetrare te fecit abyssum! In tantum, ut absorpta videatur in Deitate humanitas. Non quod immutata sit substantia, sed affectio deificata; ita ut operiri undiquè, et circumfundi, et tanquam ipso Deo concludi merueris: paulò minùs adoraturus quasi feminam, qui so-

lebat ab hominibus hæcenus adorari. Quàm familiaris facta es Dec, Domina! Quàm intima fieri meruisti! Quantum invenisti gratiam apud Deum! *g.* Venite ad.

## LECTIO 8.

In te manet, et tu in eo: et vestis eum, et vestiris ab eo. Vestis eum substantia carnis, et vestis ille te gloria suæ majestatis. Vestis solem nube, et sole ipsa vestiris. Et quidem quòd verum Deum, et Dei Filium generis, ut idem ipse Dei atque hominis filius, unus omnino Deus et homo ex te prodierit. Si rerum pretia de raritate pensamus, nihil hoc potest rarius inveniri. Quis enim istam generationem poterit sermone enarrare? Quæ linguæ facundia explicare? O Domina, quantum debes Domino meo! Tu. *g.* Quis infirmatur.

## LECTIO 9.

Dice, obsecro te, per eum, qui talem fecit te, ut ipse fieret in te: dice, inquam, mihi, quid boni egisti, quantum premium obtulisti, per quas poleslates ambisti, quos patronos habuisti, quæ suffragia præsististi, quo sensu, vel quâ cogitatione, ad hoc, ut reciperes præveneristi, ut et virtus et sapientia patris, quæ attingit à fine usque in finem, et disponit omnia suaviter, totus ubique manens, et sine ullâ sui mutabilitate in uterum tuum veniens, ita castellum castum tui ventris incoheret, ut et ingrediens non læderet, et exiens incolum custodiret? O Domina, quantum debes Domino meo! Qui gratis adeo te mirificavit, magnificavit, et magna tibi fecit, qui potens est et facit mirabilia magna solus. Tu. *g.* Benedicet.

Te Matrem.  
Ad Benedicet. *ant.* O Domina, quantum debes Domino meo, qui magna tibi fecit!

Omnipotens Deus, famulos tuos dextera potentia tuæ à cunctis protegat periculis; et beatâ MARIA semper Virgine intercedente, fac eos præsentî gaudere prosperitate et futurâ. Per Dom.

Ad Magnif. *ant.* Domus prima \* Eva in statu innocentie: domus secunda MARIA in statu gratiæ.

## DOM. XIII.

## ET ULTIMA VITÆ ACTIVE.

## Semiduplex.

Hæc Domini. semper dicitur ultimo loco in Vidd Activâ.

## IN II. NOCT.

De Zachariâ Propheta.

## LECTIO 1. c. 3. et 4.

In die illâ dicit Dominus exercituum, vocabit vir amicum suum subter vitem, et subter ficum. Et reversus est angelus, qui loquebatur in me, et suscitavit me, quasi virum, qui suscitatur de somno suo, et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Vidi, et ecce candelabrum aureum totum, et lampas ejus super caput ipsius; et septem lucernæ ejus super illud: et septem infusoria lucernis, quæ erant super caput ejus. Tu. *g.* Loquatur. p. 246.

## LECTIO 2.

Et duæ olivæ super illud, una à dextris lampadis, et una à sinistris ejus. Et respondi, et ajo ad angelum, qui loquebatur in me dicens: quid sunt hæc, Domine mi?... Et respondit, et ait ad me, dicens: Hæc est verbum Domini ad Zorobabel, dicens: non in exercitu, nec in robore, sed in spiritu meo, dicit Dominus exercituum. Tu. *g.* Benedictum.

## LECTIO 3.

Quis tu mors magnæ coram Zorobabel? in planum: et educet lapidem primarium, et exa-quabit gra-



*Dom. XIII. post Pentec.*  
tiam gratiæ ejus. Et factum est  
verbum Domini ad me, dicens:  
Manus Zorobabel fundaverunt do-  
mum istam, et manus ejus perfici-  
ent eam: et scietis, quia Dominus  
exercituum misit me ad vos. Tu.  
¶ Favus distillans.

### IN II. NOCT.

Sermo S. Procli Arch. Constantino-  
politani.

#### Oratio 2. LECTIO 4.

In die illa dicit Dominus omnipotens. In quo die, ò Propheta? In die Incarnationis, quando Virgo cæli speciem quandam prætulit: quando ex utero prostrilermi radii: quando sol incarnatus è matrice prorupit: quando lux humanam figuram induit: quando partus ejus qui nascebatur, non initium, sed ortus fuit. Tu. ¶ Ego quasi.

#### LECTIO 3.

Ei convertit me, inquit angelus, qui loquebatur in me: et suscitavit me, sicut quando homo excitatur à somno. Quisnam angelus? Is qui læta, faustaque nuntiavit MARLE. Quis somnus? Legis tempus. Quandoquidem ut in somno palpebræ populus oblegunt, ita legis tempore velamen cor oblexerat. Et dixit ad me: quid tu vides? Et dixi: vidi, et ecce candelabrum aureum totum. Quid est ergo illud candelabrum? Sancta MARIA. Tu. ¶ Benedictio.

#### LECTIO 6.

Cur autem candelabrum? Quia immateriale lumen, nempe Deum incarnatum, portavit. Ut quid verò aureum totum? Quia etiã post partum virgo permansit. Alii namque: Porta hæc clausa erit. Uterum autem portam vocari testatur Job dicens: cur non conclusi portas uteri mei? Et sicut candelabrum non est lucis causa, sed lucis vehiculum; ita etiã Virgo non est

post Pentec.  
ipsa Deus, sed Dei templum. Tu.  
¶ Benedictum.

### IN III. NOCT.

LECTIO Sancti Evangelii secundum  
Matthæum.

#### LECTIO 7. c. 19. v. 28.

In illo tempore: Dixit JESUS discipulis suis: amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis et vos super sedes duodecim judicantes duodecim tribus Israel. Et reliqua.

Homilia Sancti Hildephonsi Archiepiscopi Toletani.

#### Serm. 2. in Assumpt. B. V.

Absque dubio, fratres carissimi, beata Virgo pro tantâ gratiâ, tantique honoris privilegio materno hodiè resedit sublimi in throno, quoniã etsi duodecim leguntur throni, in quibus duodecim Apostolorum sessurus est numerus, quando iudex omnium, sacratissimæ hujus matris Filius, sedebit in sede majestatis suæ cum senatoribus suis; non desunt tamen ibidem quàm plurimi alii, interquos in conspectu Dei, etiã viginti quatuor dicuntur residere seniores, et adorare ante thronum Dei viventem in sæcula sæculorum. Tu. ¶ Venite ad.

#### LECTIO 8.

Sed et Daniel testatur, quòd throni positi sint, nec eorum tamen explicat numerum. Undè liquidò constat, dilectissimi, quia thronus beatissimæ Virginis paratus ante mundi constitutionem, hodiè celsior glorificatur, et invenitur ab angelis: nec immerito igitur, quoniã et ipsa facta est thronus Dei, et thalamus, in cujus utero veniens sapientia Dei Patris Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. Tu. ¶ Quis infirmatur.

### LECTIO 9.

Quòd si anima cujuslibet justi sedes est sapientiæ, tes è scripturâ, multò magis hujus anima, fratres carissimi, quam Spiritus Sanctus sic implevit, etiã ante conceptionis horam, ut saluaretur ab angelo: Ave gratiâ plena: Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Ad quam ita mox ingressus Filius Dei, qui est virtus et sapientia Patris, sic replèvit, sicque possedit, ut in eâ Verbum caro fieret, et habitavit totus Deus in homine, ac ideò totus in nobis, quia totus Deus in eâ fuit. Tu. Te Matrem.

Ad Benedict. ant. Ecce throni \* in cælo positi sunt, sed excelsior thronus Virginis Matri, quæ prima sedet post Deitalem.

#### Oremus.

Omnipotens sempiternus Deus, qui dilectissimam Unigenitum tu Matrem super omnes Angelorum choros in cælo sublimasti, concede propitiùs ut qui gloriam ejus in terris veneramus, ejus aspectibus in cælis perfri possimus. Per eundem Dominum.

Ad Magnific. ant. Ecce Candelabrum \* aureum totum, et lampas ejus super caput ejus, et septem lucernæ ejus super illud.

### IX.

## VITA GLORIOSA

### B. MARIE V.

Quæ post Assumptionem tempus complectitur.

#### RESPONSORIA

dicenda post Lectiones tam in officio Dominicæ, quàm in feriati post Assumptionem.

In 1. Nocturno, et in Feriâ II. et IV.

¶ 1. Signum magnum apparuit in cælo: \* Mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona

stellarum duodecim. Allel., allel.

¶ 2. Arcum meum ponam in nubibus, \* Et erit signum fœderis, quod constitui inter me, et omnem carnem super terram.—Mulier.

¶ 3. Apertum est templum Dei in cælo \* Et visa est arca testamenti ejus in templo ejus, allel. allel. ¶ Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitavit cum eis.—Et visa.—Gloria.—Et visa.

In II. Noct. et in fer. III. et VI.

¶ 4. Recordare nostri, Domine, in conspectu Dei, \* ut facias nobiscum misericordiam, et libera nos de morte, allel., allel.

¶ 5. Corona aurea super caput ejus, \* Expressa signo sanctorum, gloria honoris, et opus fortitudinis, allel. allel. ¶ Posuisti, Domine, in capite ejus coronam de lapide pretioso.—Expressa.

¶ 6. Magna est gloria ejus in salutare suo: \* Gloriam et magnum decorem, imponens super eam, allel. allel. ¶ O Israel, quàm magna est Domus Dei, et ingens locus possessionis ejus!—Gloriam.—Gloria.—Gloriam.

In III. Noct. et in Feriâ VI. et Sabb. ¶ 7. Sustulit me Angelus in Spiritu in montem magnum, et altum, \* Et ostendit mihi civitatem sanctam Jerusalem descendentem de cælo à Deo, habentem claritatem Dei, allel., allel. ¶ Et locutus est mecum, dicens: Veni et ostendam tibi sponsam uxorem Agni.—Et ostendit.

¶ 8. Gaudeamus et exultemus, et deus gloriam Deo: \* Quia venerunt nuptiæ Agni, et